



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Thomae Młodzianowski, Polonie, Societatis Jesu,
Prælectionum Theologicarum Tomus ...**

De Metaphysica, Logica, Octo Libris Physicorum, Generatione, Corruptione
Et Anima

Młodzianowski, Tomasz
Moguntiae Et Dantisci, 1682

Index II. Conclusionum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95667)

Index I. Titulorum.

QUÆSTIO II.		DIFFICULTAS III.	
De actu imperante & imperato.	128	Solvuntur Objectiones.	143
DIFFICULTAS I.		QUÆSTIO III.	
An voluntas uno suo actu possit imperare alium.	ibid.	De causis habituum intensione, corruptione.	147
DIFFICULTAS II.		DIFFICULTAS I.	
De libertate actus imperati.	129	De causis habituum.	ibid.
DIFFICULTAS III.		DIFFICULTAS II.	
De influxu actus imperantis in imperatum.	132	De intensione & conservatione habituum.	149
QUÆSTIO III.		DIFFICULTAS III.	
De libertate voluntatis.	134	De corruptione habituum.	ibid.
DISPUTATIO VII.		QUÆSTIO IV.	
De habitibus & speciebus.	134	De speciebus in commune.	150
QUÆSTIO I.		DIFFICULTAS I.	
De subiecto habituum.	ibid.	An dentur & quid sint species.	ibid.
DIFFICULTAS I.		DIFFICULTAS II.	
An dentur habitus in intellectu.	ibid.	De aliis naturam concernentibus speciebus & earum divisione.	151
DIFFICULTAS II.		DIFFICULTAS III.	
An dentur habitus in voluntate.	137	Quomodo concurrunt species impressæ.	153
DIFFICULTAS III.		QUÆSTIO V.	155
Dantur in appetitu sensitivo & phantasia habitus.	139	De speciebus in particulari.	
QUÆSTIO II.		DIFFICULTAS I.	
De concursu habituum ad actus.	ibid.	An dentur species intellectuales & quomodo producantur.	ibid.
DIFFICULTAS I.		DIFFICULTAS II.	
Explicatur quomodo habitus possit concurrere formaliter ad actus.	ibid.	De speciebus sensus interni.	157
DIFFICULTAS II.		DIFFICULTAS III.	
An habitus concurrat etiam effectivè.		De speciebus sensuum exteriorum.	158

I N D E X II.

Conclusionum.

DISPUTATIONE I.

De Anima ut sic & ejus divisionibus subiectis.

Datur Anima definitivè ex Aristot. est Actus primus corporis naturalis, potentia vitam habentis. Nomine corporis venire potest totum compositum. Item Materia.

In definitione: quid sit vita. Non attenditur principaliter quid vivat, sed ad immanentiam & ad proficisci ab intrinseco. Vita in actu primo, non dicit essentialiter immanentiam unionis, dicit tamen immanentiam principiati-
vam.

Quid per alios vita. Per nos vita in actu primo: Est principium, per quod subiectum, vel si mavis dicere substantia, in suo esse connaturali constituta, exercet operationes immanentes, per se, ab intrinseco. Et exinde inferes: Cur ignis non vivat augmentando se, vivat autem animal nutriendo se, & alia similia.

Pensatis rationibus utriusque partis: An scilicet vitaliter producantur species. Defenditur productio specierum esse vitalem. Ipsæ tamen species impressæ, non sunt quid vitale.

Habitus naturales sunt formaliter vitales, in

sententia quæ illis tribuit concursum effectivum in actus, non tamen sunt vitales habitus supernaturales infusi.

Potentia loco motiva est vitalis, motus item in sententia modalistarum. Impulsus autem, qui producitur, per motum impellentis vitalis, producitur quidem actione vitali, sed non productus, à sola v.g. gravitate.

Actus vitalis quæ talis, seu retenta vitalitate non potest adeo suppleri, vel ab alia potentia distincta. Secus seclusa vitalitate.

De divisione Animarum.

Dividitur Anima in vegetativam, sensitivam, rationalem. Quæ, si sumatur intellectualem, prout est à parte rei, secundum sic sumptum intellectualem, informat animam rationalem, corpus. Si autem intellectivum, formaliter sumatur, secundum ita sumptum intellectivum, non informat illud. Infusionem animæ rationalis, non præcedit Anima aliqua vegetativa.

De subiectis Animæ.

Propositis argumentis partis, negativæ & affirmativæ. Infertur, sanguinem non animari. Animantur ossa. Dentes. Capilli. Ungues.
De

Index II. Conclusionum.

De potentiis Materialibus.

Potentia materiales externa, non percipiunt naturaliter objectum absens, percipere possunt divinitus. Visio non fit per emissionem radiorum. Ut videat oculus sufficit objectum esse illuminatum. Tactus sentit qualitatem, etiam inhaerentem. Datur sensus internus. Cur ita dictus. Identificatur anima. Cur bruta per alios terreantur v.g. umbram. Cur v.g. ursus seligit commodiores lapides.

Pensatis rationibus an dentur species insensate. Deciditur, quod sensus internus, attingat objecta insensata.

DISPUTATIONE II.

De Anima rationali secundum se.

Convenit Anima rationali spiritualitas. Indivisibilitas item tam in partes essentielles, quam in integrales. Perfecta animalia habent animas indivisibiles. Divisibiles imperfecta, non tamen in partes Heterogeneas.

Est habilis sensus, in quo intra eandem speciem, possint dari Anima rationales, una, perfectior individualiter, praeter altera. In alio sensu non possunt dari. Probatur: quod possint dari specie distincta & tamen aequalis perfectionis, sed & quod non possint dari, sed pro Affirmativa habetur sufficiens fundamentum, licet negativum.

De Potentiis Animae.

Potentia Animae non distinguuntur realiter ab anima. Et quamvis distinguerentur, adhuc anima immediate influeret in operationes. Sensatio facta in oculo, non exercetur ab anima bruti posita in pede.

Actus immateriales immediate recipiuntur in anima rationali. Materiales ne quidem inadaequate sive distinguantur sive non distinguantur potentia ab anima rationali, specificantur intrinsece, a sua entitate. Extrinsece ultimo ab objecto. Immediatus per actus. Casu quo potentia distinguerentur realiter ab anima, probabile est, fore illas distinctas specie intrinseca, secundum distinctionem animarum.

DISPUTATIONE III.

De Intellectu & intellectione in Communi.

Quid intellectus. Quod ejus objectum. Quotuplex. Quae ejus munera.

Non potest dari ulla implicancia, quae probat impossibilitatem intellectus, determinati, non nisi ad unum cognoscendum. Sed nec ullum fundamentum positivum, quod sit possibilis talis intellectus. Circa quaestionem: An omne

intellectivum sit volitivum neutra pars habet, positivum fundamentum demonstrativum, non tamen haec duo separari possunt.

De Intellectione in Communi.

Intellectio quae reddat intelligentem eum qui eam producit, non fit distincta actione. Et si foret distincta a termino seu qualitate producta, non foret formaliter intellectio. Requiritur tamen tanquam praerequisitum necessarium. Intellectio creata consistit in qualitate producta. Verbum mentis non est medium in quo noscatur objectum. Variæ appellationes intellectionis. Comparantur inter se verbum increatum cum creato. Et qui producat creatum.

DISPUTATIONE IV.

De intellectibus in particulari.

Copula, in propositione, necessario habet respondentem solo objectivam identitatem, adeoque objectum. Judicii non sunt sola extrema. Judicium secundae & tertiae operationis, est qualitas indivisibilis. Quid per alios. Quid per nos intellectio intuitiva & abstractiva.

Omnis notitia comprehensiva est intuitiva. Alia inadaequata comprehensiva, alia adaequata. In objecto comprehensiva, semper debent nosci primo essentialia praedicata, non semper secundo essentialia. Licet haec interdum debeant comprehendi.

Quenam intellectiones stare secum possint.

Quod assensus & dissensus non possint circa idem objectum naturaliter secum stare, certum est. Non demonstratur tamen, quod non possint secum stare. Demonstratur id de assensu, circa idem objectum. Actus scientiae potest stare cum opinione, etiam extrinsecam formidinem habente. Possibile est unum eandemque actum ex duobus motivis fieri v.g. scientiae & opinionis. Casu quo concurreret motivum scientificum & motivum fidei, habetur fundamentum, quod motivum scientificum elevari possit a motivo fidei ad producendum actum supernaturalem, vis tamen similis, non est tribuenda scientiae, respectu motivi v.g. opinionis,

DISPUTATIONE V.

De voluntate & volitione in Communi.

Voluntas non est distincta realiter ab intellectu. Potest esse actus fugae, formaliter, non nisi propter malitiam. Omnis actus persecutionis, est virtualiter actus fugae & e converso. Hinc

Hinc & objectum voluntatis ut sic erit volubile, commune bono & malo. Malum, itemque indifferens si vestiatur ratione boni, potest terminare actum prosecutionis. Secus si non vestiatur. Aliquo sensu non potest circa indifferens objectum versari voluntas, aliquo potest.

De dependentia voluntatis à cognitione.

Cognitio non est principium effectivè concurrens ad voluntatis actus. Inluit tamen per modum efficientis improprie. Si daretur imperium quo imperaret intellectus voluntati actum ejusdem, illud imperium, deberet esse aliqua, ex tribus, operatio. Etiam ex simplici apprehensione, sequi potest volitio, licet voluntas ad perfectius operandum, indigeat iudicio. A cognitione sensitiva, non potest connaturaliter moveri voluntas, potest supernaturaliter.

Non potest naturaliter ferri voluntas in incognitum. Sed an id divinitus facere possit, pro neutra parte adfertur fundamentum demonstrativum.

DISPUTATIONE VII.

De Actibus voluntatis in particulari de Intensione.

Post propositum objectum voluntati, primus ejus actus, est inefficax, cum, qui postea sequuntur actus. Potest dari aliquis actus, qui sit intentio, objecti, sine ulla inquisitione mediorum, nec constituitur intentio, connotatione mediorum. Licet formalis electio non possit esse sine actuali habitudine ad finem consequendum. Potest voluntas eodem actu & æquè directè velle media & finem. Quando est distinctus actus intentionis ab electione, non est necesse in se physicè durare intentionem quando est Electio. Licet virtualiter durare debeat. Electio duplex cogitari potest. Potest salvari circa unum medium. Quid intentionis efficacia. Circa quæstionem: An posita intentione finis, maneat libertas in electione, expensis argumentis affirmativa. Et negativa partis, inferendum erit: quod intentio efficax non adferat ullam necessitatem, quæ auferrat libertatem. Non necessitatur voluntas, ad prosequendum, non nisi majus bonum.

De actu imperante & imperato.

Potest voluntas imperare sibi alium actum. Actus imperatus, est actus liber. Imperans in imperatum non influit per modum principii Physici elicitivi. Inluit tamen non nisi mediante cognitione.

DISPUTATIONE VIII

De habitibus & speciebus.

Quid habitus. Quæ ejus divisio. Quod subiectum. Præter species intensas ordinatas & radicata, dantur habitus in intellectu. Dantur & in voluntate. Probabilius est non dari illos in potentia sensitiva & phantasia. Explicatur quomodo habitus possit concurrere formaliter ad actus. Concurrit etiam effectivè.

De causis habituum, &c.

Probabilius est, quod habitus producantur à potentia, cujus sunt habitus, posito actu vel actibus. Potest sustineri, quod actus, dispositivè tantum concurrant ad productionem habitus. Potest Volitivæ & Intellectivæ intendi habitus. Etiam ab actu remissiori. Conservatur habitus à sua potentia, indiget ad conservationem sui, exercitio actus. Non corrumpuntur formaliter habitus positione actuum contrariorum. Etiam contrarii habitus, compatiuntur se in gradu remisso.

De Speciebus.

Dantur species, sunt illæ qualitates loco objecti completivæ potentiarum, in ordine ad percipiendum objectum. Species impressa non est similitudo formalis objecti. Hæc materialis, nec spiritalis, est ejusdem conditionis cum objecto. Datur impressa & expressa. Concurrunt effectivè ad actum species impressæ.

Dantur species impressæ intellectuales reliquæ ex cognitionibus transactis. Dantur item in ordine ad objecta sensibus non perceptibilia. Danturque absolutè. Posito duplici phantasmate materiali hoc est phantasmate impresso, & expresso, probabile est, quod solum expressum, concurrat ad productionem speciei spiritalis impressæ. Nullum est fundamentum tribuendi, quod phantasma materiale producat speciem spiritualem effectivè. Sufficit ei tribuere concursum in genere causæ formalis extrinsecæ. Dantur in sensu interno species reliquæ ex actionibus ejusdem. Et ex actionibus sensuum externorum. Non est tamen ita certum, quod ut sensus internus cognoscat sensationes externas quæ actu exercentur, quod nunquam in ordine ad hoc indigeat speciebus.

Dantur species visibiles. Auditus &c. Probabiliter reliquorum sensuum. Non solum objectum ut est secundum se. Nec solæ species, sed objectum speciebus representatum attingitur à sensibus.

F I N I S.

